

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Correctio cg

...ut ait Cassiodorus:

'Occurrentum est in principio ne tractu temporis
impunita malicia convalescat et vires iniquitati
dissimulacio vel indulgencior gracia subministret,

Occurrentum est ne tractu temporis
inpunita malicia conualescat, et vires iniquitati
dissimulacio uel indulgencior gracia subministret.

sed clarius audita correccio doceat impericiam et
compescat audaciam.'

Scotichronicon, 16.33 (Watt ed., vol.8. p.320, ll.40-43).

('...quotation from Cassiodorus untraced': p.388, n.51)

sed clarius audita correctio doceat impericiam et
compescat audaciam.

Cassiodorus in quadam epistola.

Manipulus florum, Correctio cg

Occurrentum est igitur, ne tractu temporis
impunita malignitas convalescat, et vires iniquitati
dissimulatio vestra, vel indulgentior gratia subministret.

Jam enim nomen apostolicum, quod hactenus in terra illa
reverentiae fuerat et terroris, in causam scandali versum est,
et contemptus, nec appellantem provocatio liberat, sed in se
potius vehementiam judicis exacerbat. Sensit hoc iste, qui,
propter appellationem reclusus in carcerem ac miserabili
tortus inedia, nec apud tyrannum sine pecunia, nec apud
episcopum sine detimento causae potuit liberari. Et ego
quidem pro causa ipsius obnoxius supplicare decreveram,
sed apud misericordiam vestram facile causam declarata
perorabit afflictio, et apud gratiam vestram intercessio nostra
solito congaudebit effectu. Verum privatae communis causa
praeponderat, quoniam de Ecclesiae Dei libertate tractatur,
nec jam spes restat ulla refugii, si in irritum deducta fuerit
apostolicae protectionis auctoritas. Vindicate igitur,
ne forte (quod absit!) procedat temeritas in exemplum,
sed clarius audita correctio imperitiam doceat et
compescat audaciam.

Arnulfus Lexouiensis, *Epistolae*, 12 (PL 201, col.27C-D).